



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ignatii Loiolae Vita**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Antverpiae, 1605**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11486**

CLAVDIO

AQVA VIVÆ

PRÆPOSITO GENE-

RALI SOCIETATIS

I E S V.

Ioannes Petrus Maffei S. D.



*V*AE parens & conditor nostra So-  
cietatis Ignatius, auctore ac duce  
Deo gessit in terris; ea profecto di-  
gna sunt, in quibus commendandis  
immortalitati, scriptorum omnium  
certet industria. Id scilicet fuit caus-  
sa, cum in eo munere alii non sine pietatis & ingenii  
laude versati sint, cur ego quoque, delatam olim ad  
me à Patre nostro Euerardo nonnullam huiusce pro-  
vincia partem, neque ita gravatè receperim; &  
receptam, si minù cum apparatu & copia, cer-  
tè cum fide curam, Deo adiuvante confecerim. Nec  
sanè dubium, quin, qui talem mihi laborem iniunxe-  
rat, huic potissimum laboris eius & opera fructus ac  
prima libamina deberentur. Nunc, quando, prius-  
quam in vulgus exirent lucubrationes meae, ad bea-  
tos ipsius Ignatii complexus, uti speramus, ille dece-  
sit;

4  
 sit ei nempe, qui in utriusque Praepositi locum &  
 curas nutu divino successit, optimo iure dicenda fue-  
 runt. Ac tibi quidem, Pater humanissime & opti-  
 me, in praclarum illud exemplar dies noctesque in-  
 tuenti, minimè dubito quin opus hoc quaecumque  
 gratum acceptumq; futurum sit. Cateris tot perinde  
 iucundum ac fructuosum accidat; nimirum ab  
 IESU, tuis incensis officio & ca-  
 ritate precibus & sacrificiis,  
 impetrabis.

JOHANNES PATER MARIUS S. D.

IGNA-

